

DE CLERICORVM
INSTITVTO,

ET DE OPTIMA EDVCATIONE,
ELECTIONE, ET INSTITVTIONE

Libri Quatuor.

AD SANCTISSIMVM D. N.
PAVLVM QVINTVM P. M.

Adiungitur Epitome Catechismi, Concilij Tridentini Decreto editi,
& Instructionis Sacerdotum, Illustrissimi Cardinalis Toleti,
ad commoditatem ordinandorum.

Cum Indice Librorum, & Capitem.

Auctore IOANNE PALOMEQVE Presbitero Cæsaraugustano
Theologo doctore.

*Labia Sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus
Domini exercituum est. Malachiz 2.*

CVM LICENTIA SVPERIORVM, ET PRIVILEGIO.



V E N E T I I S, *Apud Iacobum Sarzinam.* M DC XVL

Expensis Vincentij Castellani, Bibliopolę Romani.



SANCTISSIMO
DOMINO NOSTRO
PAVLO QVINTO,
PONTIFICI MAXIMO.



*P*VS de Ecclesiastica disciplina, Sedi Apostolica, iure optimo debetur, Beatissime Pater. Quia sanctissimorum summorum Pontificum sanctitatis vestra predecessorum sanctionibus fulcitur, ac roboratur. Tum quia a Beatissimis Apostolis Petro, & Paulo accepta, & post a Clemente Papa (Canonibus Apostolorum in vnum congestis) litteris mandata, & in Ecclesia sacrisque Concilijs explicata, & renouata, nouissime vero in Tridentino ad vsum reuocata est; etiamsi in desuetudinem aliqua abierint; consuetudinibus quibuscunque contrarijs è medio sublatis. Sed maxime, quia quanto ex ea populi Christiani bonum pendet, tanto summa indiget defensione, atque protectione, ob nequitiam ruentis ad deteriora seculi, qua à licentiosis hominibus impugnatur. Cum autem felix Ecclesie status Beatitudini vestrae summopere cordi sit, nulli ita conuenienter po-



DE OPTIMA CLERICORVM EDVCAZIONE.

Liber Primus.



OPTIMA Ecclesiastici educatio, de qua in Primo Libro dicendum est tria postulat; Primum vocationem, & finem optimum in Ingressu ante oculos propositum, quæ Exordia Clericorum appellari possunt (ut verbis D. Leonis utamur) Alterum optimam studendi; & tandem bene viuendi, rationem.

EXORDIA CLERICORVM.

Prima Libri Pars.

DE VOCATIONE AD Clericatum.



DICTVRVS, merito posset quis admirari humanæ conditionis instabilitatem, quæ cito degenerat, & facile deuiat a recto itinere, quo cæpit pergere. Quod perspicuum fiet si initia nascentis Ecclesiæ, & Clericorum illius sæculi, & iacentē postmodum statum ip-

sam, præsertim huius ætatis inspiciamus. Quid enim magis dolendum esse potest, quam genus electum personarum, deuotioni, & diuinarum rerum Tractationi, fideliumque ædificationi dicatum, adeo iacere, ut nihil minus cogitet, immo tales vel ludibrio sint, vel ad religiosos meditatione diuinorum procul abigatur, quasi ad nos non pertineat, sed vitam in otio, venationibus, lusibus, murmurationibus, iocis, & alijs huiuscemodi ineptijs, aut flagitijs transigere; corpore tantum in templo assistere; ambitionibus, & lucris inhære, patrimonia Ecclesiarum in

A litibus

Dien. de arc. vii. salu. c. 32.